



**B**onaventura ex nobili Vuellenburgiorum familia Tiguri natus & educatus fuit anno circiter 1495. Hic cum egregia indole & præclaro ingenio fuisset præditus, à parētibus optimis studijs ad dicatur, atq; præceptoribus instituendus traditur. Itaq; factum ut in melioribus literis ut cunq; instructus, magna prudentia & auctoritate adolescēs adhuc præditus fuerit. Cum aut̄ is uideret, Heluetios suos bellis Mediolanensibus penitus esse deditos, ipse quietiorem uitam elegit, atq; in nobili monasterio Rinauensi Benedictinorum ordinē suscepit. Ibi cum pietate & doctrina cōspicius esset, anno 1529 eius collegij abbas omnium consensu eligi

tur. Eo autem tempore Heluetij propter religionem mutatam aliquot similitates exercebant. Verū Bonaventura, qui natura erat mitis ac pacificus, apud partes amicē egit, atq; eas reconciliare solitus fuit. Tanta enim mansuetudine erat præditus. ut dissidentes partes ipsum ob uitæ integritatē amarent, & eius consilia facillē amplecterent̄. Pari ratione etiam apud uicinos comites pacem redintegrauit, atq; unumquēq; sui officij sedulò admonuit. Cum etiā monasterium Rinaugiense antecessorum suorum negligentia multo gre esset creditoribus obnoxium, ipse pro sua frugalitate æs alienum soluit, atq; rem familiā rem plurimū auxit. Cum hoc modo per 26 annos magna laude rebus præfuisset, tandem omnium finitimorum luctu 1555 obiit, atq; in suo monasterio sepultus, tali Epitaphio exornatus fuit, id quod ipse præfens in mea per Germaniā peregrinatione animaduerti, & descripsi: